Nec datur hic vllis sub condicione pacisci,
Omnes dum morimur, disparibusque modis.

IN MORTEM IOANNIS BELLOVACI PARISIENSIS.

AD nihilum rapimur cuncti, nihil omnia fiunt:
Vermibus obijcimur tandem rodentibus esca,
Quos non vndicolæ pisces, nec bestia dira
Dilaniat, seu flamma vorax rapit, altaue abyssus
Detinet extinctos, nec viuo corpore sistit.
Donec cœlesti CHRISTVS descendat ab arce
Nubibus in cœli iudex iustissimus alti,
Ad solium genus humanum qui conuocet omne,
Dignaque pro factis retributor præmia reddet.
Fragrantes veluti violæ cum tempore verno
Purpureæque rosæ redeunt: sic nostra sepulcris
Corpora prodibunt rediuiua ad regna beata.
Sic tandem reprobos contemti Numinis ira
Terribili tristes trudet sub Tartara voce,
Qua Satanæ æternum capti per vincula dura
Dent pœnas, reuocare gradum sit nulla potestas.
CHRISTE dei Fili veniam miserere precantum,
In cruce quosque tuo precioso sanguine ab omni
Crimine lauisti, vitam pro morte beatam
Quam tua Christe dedit nobis mors, passio sancta.
Hæc sine tu nostris animis infixa manere,
Nulla nec eripiant nobis obliuia, simus
Vt memores, gratique tuo pro sanguine fuso.

FINIS.

Nec datur hic vllis sub condicione pacisci,
Omnes dum morimur, disparibusque modis.

IN MORTEM IOANNIS BELLOVACI PARISIENSIS.

AD nihilum rapimur cuncti, nihil omnia fiunt:
Vermibus obijcimur tandem rodentibus esca,
Quos non vndicolæ pisces, nec bestia dira
Dilaniat, seu flamma vorax rapit, altaue abyssus
Detinet extinctos, nec viuo corpore sistit.
Donec cœlesti CHRISTVS descendat ab arce
Nubibus in cœli iudex iustissimus alti,
Ad solium genus humanum qui conuocet omne,
Dignaque pro factis retributor præmia reddet.
Fragrantes veluti violæ cum tempore verno
Purpureæque rosæ redeunt: sic nostra sepulcris
Corpora prodibunt rediuiua ad regna beata.
Sic tandem reprobos contemti Numinis ira
Terribili tristes trudet sub Tartara voce,
Qua Satanæ æternum capti per vincula dura
Dent pœnas, reuocare gradum sit nulla potestas.
CHRISTE dei Fili veniam miserere precantum,
In cruce quosque tuo precioso sanguine ab omni
Crimine lauisti, vitam pro morte beatam
Quam tua Christe dedit nobis mors, passio sancta.
Hæc sine tu nostris animis infixa manere,
Nulla nec eripiant nobis obliuia, simus
Vt memores, gratique tuo pro sanguine fuso.

FINIS.

OGERII BELLEHACHII SACROSANCTA BVCOLICA ELIZABETH BRITANNIÆ, FRANCIÆ, ET HIBERNIAE REGINAE DICATA.



LONDINI
Excudebat Henricus Midletonus
pro Guilielmo Ponſonbio,
Anno Domini 1583.

17;07

CELEBERRIMÆ HEROIDI BRITANNIÆ, FRANCIÆ, & HIBERNIÆ ELIZABETH REGINAE, OGERIVS BELLEHACHIVS NEVSTRIENSIS.

Sibila Galgalios pepulit mea fistula lucos,
Salmoniumq; gelu, planctusq; palumbis ab vlmo,
Multoties libuit stipula placasse sub alnis,
Salmona dumq; libet placasse, libetq; palumbes.
Sibila Galgalios pepulit mea fistula lucos,
Ast me (Nai) locis me pellicit vltima Thule,
Insula lecta tibi, delphinibus insula glaucis,
Quæ dum depulsis non sit male tuta capellis:
Iam Thulen coluisse volo, iam Galgala linquo,
En reges mecum, pastores denique mecum,
Illis blanda Pales, tiliæ lita multa libellis
Tete compellant; ni mille mapalia claudas,
Iam Thulen coluisse volunt, & Galgala linquunt.



IVBAL.

Ecloga I.

IABELLVS & IVBAL.

ÆDenium derupta rigens tranauerat aruum
Vasta nimis cautes, ſcabríſq; acciſa ruinis,
Fontibus exudans, affuſóque illita muſco,
Cui tophis antrum ſqualens pendebat, & antrum
Pumicibus pariter non rareſcebat hiulcis,
Nec non herba viam circuntexebat hiulcam,
Fortè IABELLVS ibi conſidens, longius illinc
Palantes ſpectabat oues, per paſcua veſcis
Repere graminibus, niueas partímque bidentes
Arietibus pætis luſu certare procaci;
Forſitan & IVBAL ſudo compulſus eodem
Pollice tentabat cytharam, campóſq; docebat,
Primus enim (decuítq; virum) manſueſcere cultu
Iuſſit ebur, primuſq; hominũ fera pectora mulſit:
Talia dum lenit per deuia rura, learum
Hinc ſcymni, toruæque lupæ, glauciq; dracones,
Aſpides obtutu defixi paſſibus hærent:

 Euphra-

Euphratem Armeniũ, torrentem citróq; tigrim,
Hircanam precibus rabiẽ, flabra raucáq; frẹnat:
Aſſonat omnis ager, dum talia perſonat agris.
Orbis at exorti tunc incrementa canebat,
Noſcere(non nouiſſe ſcelus) tunc fortè canebat
Quẹq; deum, humanum pariter genus increpat,
Arguit, attrectare nefas ſimul arguit ipſum,(auſis
Terrigenúmq; vocat, monſtrũ intractabile, nuper
Sydereos vultus turpi liueſcere limo,
Ætheriúmque cauis flammatum naribus ignem,
Intabeſcenti paulatim labe ſepultum.
Aſſonat omnis ager, dum talia perſonat agris.
Talia dúmq; canit vult hæc audire IABELLVS,
Talia dúmq; cupit clarus teſtudine IVBAL,
Lamechides hic IVBAL adeſt, & tempora circum
Pacatæ implexus nodo frondeſcit oliuæ,
Auratam limbo chlamidémq; in terga regeſtam,
Fibula nectit adhuc, ſtellanti miſſáq; baltheo
Tum lyra Phiſonijs circuntremit aſpera baccis.
IAB. Fulgetris crebro feruens dum fulminat ẹthra,
Viſné, IABELLVS ait, donec luxq; alma tepeſcat,
Vis mecum recubans iſta pigreſſere ſcena,
Vimina dum ruſci calathiſcis lento vieti?
IVB. Sẹpe cupita dies, tunc ilicet affore tecum
Otia dum ſerpunt, tua dum teris otia frater,
Dũ tacet omnis auîcla ſimul, dúmq; oĩa muſſant.

Et

Et muſſare vides, Caurus muſſátq; ſuſurro, IAB.
Populus & folijs nec cana, nec inſtrepit Ilex
Concuſſu motans, nobis at cuncta ſileſcunt.
Acres dum crudo ſtridunt examine veſpæ, IVB.
Dúmq; fremunt muſcæ, dum bos turbatur aſylo,
Hic nec dum volitant, vis carmine ſeria duci.
Queis ſeri ſtupeant, & carmine ſeria ducas, IAB.
Raſilis en thyrſiq; haſtilia bina colurni,
Bina Tubalcanus criſpauit acumine, binis
Pellucenti acie ſplendeſcit & ęrea cuſpis:
Sin minus ambo tibi, ſit at vnum pręmia ſaltem.
Pręmia qui ſpernit, ſaltem donata capeſſat IVB.
Munera, fœdifragis etiam ſunt munera pignus,
Nóſq; Tubalcanum ſcimus, nec & odimus ipſi,
Primus anhelauit mēbris gemebundus, ahenam
Incudis trunco, ſonitu contundere molem,
Et liquefacta metalla caua fornace refudit,
Conflauit clypeos, galeas, & ſpicula, nec non
Hęc mucrone breui, nec non exaſciat vnco,
Vt manus irrubuit rutulanti turbine primùm
Armipotentis acerba Iôuæ vertigine rapta,
Pro ſubigente polire modo ſic irruit enſes.
Eſt Iôua principium, Iôua finis & vltimus ille, IAB.
Principiúmq; modis erit, vltimus illéq; finis,
Ille ſtat integro tibi deducendus ab ęuo.
Hęc poſtquam fatus: dein IVBAL talia fando

Muſcoſo ſilici paſſim ceruice repoſta,
En reſupinauit lunatam cornibus, vltro,
Fatidicamq; lyram fidibuſque indulſit adactis.
IVBAL. Accinctum ſeries me magnos excit ad vſus,
Multimodis accinctus, ait, primordia rerum,
Miraq; delibans priſcis, nec inania pandam.
Quondam gurgitibus reuomens, informe barathrum,
Reſtagnanſq; ſuper, trans prouoluebat abyſſum,
Cùm vox attonitis reboans terroribus aſtat,
Hæcq; voraginibus ſpumas ſtupefecit hiantes,
Quæ circum tonuere ſimul mugitibus, atque
Horriſoni fremitu conquaſſauere fragoris
Fundamenta diu, tremebunda à ſedibus imis,
Hinc eiectantes, ructarunt vortice fluctus
Iamq; tumeſcentes furibundis æſtibus, altè
Ac diſturbantes cumulos violenter aquarum,
Hunc eluctatæ ſunt tempeſtatibus orbem,
Deſuper incubuit cœlum, conuexa recuruum,
Nubiferumq; ſimul, cœlo diuulſaq; tellus
Terribile ingemuit, fundum molimine vibrans:
Et pondus nutu motum prolapſa remiſit,
Nigrantemq; diem, caligantesq; tenebras
Euomuit, latebriſq; illuxit lampas apertis.
Nam iubar auricomum pernicia iuſſa faceſſit,
Quadrigiſq; ruens, portarum clauſtra relaxat,

Aër inardeſcit, cœnumq́; induruit atrum,
Pubentiſq́; ſinus variatos æquoris, illos
Verſicolore nitens cultu, vis Dędala finxit,
Hinc ver purpureum gremio laſciuit alumno,
Fulueoloq́; linit violas & lilia lutho
Albida flaueſcitq́; oppletis fuſile qualis.
Inde coruſcarunt quatientes culmina ſyluæ,
Et cypariſſus olens, viuaxq́; in tempora cędrus,
Indetonſa larix, piceæ lachrymiſq́; rigantes
Diſſiluere, feris ſimulac oleaſter ab aruis,
Scrutatis effoſſa quibus ſpelæa cauernis
Pantheræ ſuaui maculoſo vellere, pardis
Sanguineos rictus truculentis, lyncibus atque
Corpora virgatis, nunc abſtruduntur, hyęnæ
Semimareſq́;, malæ ſpolijſq́; ea tecta pererrant.
Alitibus paſſim dium nec fiſſile deſit, (na,
Nec volucres deſunt, ſcindant quæ prępete pen-
Hinc aquilæ, vultúrq; rapax, coruiq́; loquaces,
Anſer, olórq;, & grus clangens innubile plumis
Fulta vagis vacuum diuerberat, aggere gryphes
Ophyreo capti pręceps trans ardua currunt,
Spumea concelebrant ſquamoſi cęrula piſces,
Hinc grandis Piſtrix, ſimul hinc enormia cete,
Monſtrificúmq; pecus, colliſo marmore, pleno
Iam mare conuoluunt, ſubiectantq́; ore reſorptū,
Saxifraga ſcopulos vi perrumpuntq́; horrentes:

Cano gemmaſcens ſale queis innaſcitur alga,
Rubráq; caricibus concreſcunt littora denſis,
Quinetiam facili pallent conſerta papyro, (dat
Cætera vox Adamũ tremefacta paueſcere man-
Puluereum, cui cùm Deus offudiſſet opacum
Torporem, mulſóq; papauere ſegne veternum,
Huic cute tranſadigens lacerâ latus, ilia rupit,
Et qua fit mulier coſtam de corpore vulſit:
Connubio bijugiq; ſimul, dicat oſſibus oſſa,
Ambo fęlices, rebus fęlicibus ambo,
Vnanimes hos dum dementia nulla fatigat,
Lętificis ambo nudi dum ſaltibus errant,
Fętibus ambroſijs veſcuntur, præter vtrumque
Prętet vtrumq;, boniq; maliq; ex arbore fœtum.
Fraga legunt ebulis naſcentibus, arbuta dumis
Tum labruſca ſequax, ramis hederęq; tenaces
Fraxineis, inerant paſſis vineta racemis.
Cerea rorabant riguis querceta fluentis,
Fercula ſuccuſſęq; dabant genialia fagi,
Et ſterilis platanus nutabat pondere dulci,
Flumineis muſti feruebant pocula ripis,
Et bibulum littus lambebant pocula lactis,
Craſſaq; ſordebant vrnis electra refuſis,
Balantes croceo tingebat purpura cocco,
Ac iniuſſa grauem ſtipabat bucula mulctram.
Aſt dum fęlices, rebus fęlicibus ambo,

Vnani-

Vnanimes amboq;, exultant saltibus ambo,
Iam serpens astuta, dolóq; nefasta sagaci,
Exuuijs ponit nitidè primæua vetustis
A tergo squamas virides, collóq; venena
Lurida vipereo, viroso & turgida felle
Guttura, spinetis tum lapsibus abluit vdis,
Sanguineasq; iubæ summittens vertice cristas,
Stridula nec trepidans linguis de more trisulcis
Sibila contorquet, spiris lasciua serenis
Sed simul effulsit, sese simul agmine miro
Dum sinuosa legit, mollita volumina planè
Collicuisse putes, & humi lubuisse pacisci,
Fallax imbellem dum blęsius illicit Æuam,
Scilicet ille, refert, vobis indixit, at illud
Turpantes lignum, nusquam comedetis inulti,
Quin nece ferali iam noxius occubet atris
Funeribus vel vterq;, retro sed ludicra versat,
Ludicra te vertunt, dum fæmina ludicra versas,
Acclinant dum te mendacia callida, poma
Vt peris, vtq; vides, vt quo te proripit ardor
Aurea poma capis, disperdis verba, maritum
En tibi prodis edax, ac insipis, vsque licebit
Quando tibi, incassumq; ruis, tecum occidit ille,
Hos tum criminibus vexatos torrida febris
Sauciat, ac ęgris ingens exæstuat imo
Corde pauor, diro perculsus verbere, vecors,

Exoſuſq; dijs, ſe vir perterritus abdit:
Deiectuſq; pudore, fugit ſublime flagellum;
Quod ſemel inſonuit, ficulna is cingula fibris
Plexuit inſutis, ſons circúmq; inguina prompſit;
Te citat ipſe Deus, tu poſt virgulta latebas
Auia, neu pudeat, ſpeluncis vſq; lateres
Si potis occuluiſſe tui, at Deus intima nouit:
Te citat euictum, terram molire colonus
Inquit, & edomitis oblimes ſemina ſulcis,
Atq; laborifero diſcas ſudare ligoni,
En mulier paries inſulſa dolore nepotes,
Exululans angore ſacro, clamoréq; mœſto.
Aſt tu vafra nimis, mihi deteſtatáq; ſerpens,
Ingluuie proné ſubrepas, ore tenúſq;
Puluerulenta vorans, cineres corrode miſellos:
Interea donec clara de ſtirpe niteſcat
Fęmineum germen, contuſo calce cerebro
Quod caput arctata conculcans proteret audax.
Dixit: pellitos fartis ſpolijſq; ferarum
Induit, & rigidis ſuccinctos tegmina villis
Inſternens, nil non opis indiga corpora veſtit:
Ac his iracunda minans, licet vſque fugaces
Depulit, atq; moras citò veſtigare coegit,
Oſtia tum foribus vallans obſeſſa recluſis
Eoa aduerſus faciem ſtatuítq; rubentes
Igne Seraphinas, gladios vtcunq; rotatos

Exere-

Exererent habiles, signis & regna diremit.
Hinc ferruginea caries rubigine mordet
Exesas segetes, hinc carduus hispidus vltro,
Asperiórq; rubus, viguit neglecta filíxq; (cus.
Cantharis hinc obscœna repens, & turpis onis-
Assonat omnis ager, dum talia personat agris.
Mirandum recinis quod ego mirabile rebar, IAB.
Heus puer, ipse lupo palmis hortare lyciscam.

RVHABEL.

Ecloga II.

RVHABEL, MILLEHAMAN:
BOANERGES & GERGASVS.

QVid tam mane senex, pharetra sectaris, & arcu,
Nunc peronatis villosáq; gausapa suris
Vuidus, ac habili fers cornea spicula torno?
Nunc sequor ipse meles hirsutas calle supino, MILL.
Quas ego sic odisse satisué, supérq; nequibo,
Dum mihi dente fugant lepores, hebetántq; molossos.
Seôrsum linque meles, salebris & linquito feles, RVH.
Castora linque simul, cape rastros, gramina plaustris
Dúcq; domũ, gemuit vomer, gemuere cylindri,

Hyberni

Hyberni venêre dies, & pabula desunt.

MILL. Semiruto sed ego pauxillum quodq; tigillo
Condideram, partímq; animosus flamine turbo
Verrit, dum simili partim caruere bubulci
Lottiadæ (paleæ signant) per furta ligarunt.

BOAN. Sin non hęc poteris defendere iurgia sannæ,
Dipsades insiderint trepidos in acumina talos,
Te lassúmq; inter decusserit oua cerastes
Calculus & fuerint, ieiunáq; glarea, campi.

RVB. Auritę sepes, etiam giluiq; lacerti
Sontibus his latitant, oculis nec & vndiq; glires
Cęcultant breuibus, sic tu nec & vndiq; dormis,
Nec solus noctu magalia bubo frequentat.

GERG. Non citra pecces, leuissima bucula byrsam
Num tibi visa fuit, camura num fronte trabali
Stipite procubuit, vidi quia quęlibet inquam
Ilignas alij glandes, tum (cautè) legebant.

MILL. Imprope non triduum te sub velamine tigris
Quadrupedem vidi grassari, squalida moris
Menta tibi, minimum quoq; cum fuligine, menti
Fuscabat rictus, stupida formidine seruos
Terrentem, quouis pecuaria cunque gregasses,
Improbe detectus patuisti fraude dolosa.

BOAN. Hoc niue futilius, siliquis, & vilius hilo,
Huccine nos rerum, nos huccine siue negoti,
Dic & amabo quasi nusquam vel & ipse iocatus,

Nictan-

Nictantem petra, nec te fortaſſe prehendit,
Tum ſale, tumque iocis, pollebant donec Hetęi.
Inficias ierint etſi quæcunque, ſimultas RVH.
Attamen infido pellatior aucupe, dudum
(Ruſticitas ſiquidem ſit frondatoribus) hiſce
Cognita, multiplicéſq; lupos nec vt ante tremiſcunt.
Nunquid (teſtis ego) nunquid tu carmine peſſum GERG.
His cantare paratus eras, in cortice diræ,
Et diræ teſtes phyliris, & ſemine diræ
Teſtes veruenis, rabidúmque in pyxide virus,
Taxea quæ pyxis, chelydri cuíque vrides intus.
Meme qui ſcripſi, me deleuiſſe pigebit, MILL.
Et piget, & piguit, ſpecimen quoad vſq; reatus
Compererim veſtri, dum vos abſynthia labris
Spargere (fama refert) & meſſa venena, bouéſq;
Fagineis quis vos compeſcere neſciat vrnis?
Eſt ſatis indulſum fungis, acidíſque loquelis, BOAN.
Plaudite paſtores, quæ vos amentia paſſim
Vellicat? aut cur is furit efferus? ante ſub alno
Inſidiabatur clauis vos ecquid acernis,
Quid ſudibus, contis, loro, quæ prælia fundis:
Parcite paſtores, nec heri qui cætera parcant.

IACOB.

IACOB.

Ecloga III.

PVniceis inuecta polo iam fulgida bigis
Fulguribúsq; nitens matuta micare coruscis
Cœperat, & Tyrium radijs siccare rosetum,
Lutheoliq; colore croci iuga pingere Sinæ;
Cùm reseraret amęna cohors pastoria caulas,
Pelleret hic vitulas, impelleret ille iuuencos,
Cúmq; IACOB (nam pastor erat) simul adderet hędos,
Ipse coniscantes, agnas simul ipse petulcas,
Et spatiaretur Syrijs in montibus, atque
Stringeret argutos sibi solus arundine lusus.
Pascite iámq; greges intenti pascite, iámq;
Hic & apes flauum mel libant floribus aureis,
Mannifluóq; fauos stillantes nectare condunt,
Pascite iamq; greges intenti pascite, iamiam
Vos mea cura, mihi mea cura sequacibus annis,
En lęto vestri solamine cura fatiscit,
Vos mea spes, fallax nec me spes allicit vlla,
Parturit in stabulis fœtus mihi quęq; nouellos
Nixibus, ac simulac pedibus satiata bisulcis
Dum petit illa domum, balatu, vocéq; blanda

Vbera

Vbera pressantes sugunt lactantia succo.
Pascite iamq; greges intenti pascite, vafrè
Fascinat incautos Labani nequissima merces,
Dira lacessit adhuc illum, vexátq; peculi
Triste libido, viris, mea quæ sunt vellet habere,
Ah! vesane noces, olim nocuisse dolebit,
Pessime dumq; citò sic me deludis inique,
Bethliaci speras nequaquam lumina regis?
Pascite iamq; greges intenti pascite, vah! vah!
Vah! nimium demens, quæ te vecordia, nosti
Hiscere non ausim, quæ te vecordia, nosti
Quanta prius fuerit tibi lentis copia septis,
Et si scire neges, haud me nescire memento.
Vtq; labascebas (hęc scis) quo tempore veni,
Demum cœpisti duplici ditescere sæclo,
Tunc centum fortassis erant, nunc mille vagantes
Attondent ouibus commistæ culta capellæ:
Pascite iámq; greges intenti pascite, meme
Pręmia digna manent, mihi Rachel ducitur vxor;
Vere at bis seno velox nunc confluit ęstas,
Quod pro te domini iussus pellacis heriles,
Vt tulerim, vt passus, nec me mala iussa fatigant,
Ast vt tetra cicuta viris, hircoq; salaci
Dulcis, amara leuis sic nos depascimur aura.
Pascite iámq; greges intenti pascite, binæ

Quo iunctæ stabiles? Rachel satis vna marito,
Lippa domi latitet, niteat speciosior agris,
Ossibus implicitè qua sensim gliscit in imis
Flamma, proterua nimis nec me fastidit amantē:
Dum te despiciunt aliæ, tu despice pastor.
Nos sacrata Iôuæ proles, quis temneret illum?
Hic ouium custos, imbutas sępe poposcit,
Hocq; iubet, iussisse placet, ponamus vt aras
Cęspite gramineo, super & mactemus opimè
Partu primigenas, fragrantis naribus halent
Thura calore foci sparso libanęa cruori:
Nos sacrata Iôuæ proles, quis temneret illum?
Primum fumificis altaribus hostia simplex
Est allisa piè, Deus hinc affulsit Abelli,
Primus Abellis enim sacris asciuit honorem,
Flendus Abellis erat, nunc est & flebilis ipse,
Hunc tigres flerunt, syluæq;, arbustáq; flerunt,
Hunc rupes flerunt traiectę vepribus hirtis.
Nos sacrata Iôuę proles, quis temneret illum?
Ast hęc contristant dum te peruerse Caina,
Tu molire nefas, & fratrem membra reuulsum
Frendenti stridore fremens defringis, hiatu
Crudescens sanie rictus, nigra terra dehiscit,
Illuuiem patrante manu(scelus)ebibit atram.
Terra dat hinc tribulos, fugis hinc exterritus
ęstro,

Sic madidas ſęua clades vlciſcitur ira:
Nos ſacrata Iouę proles, quis temneret illum?
Ædomie Eſau ſtultus dum talia, rides,
Puluere reſperſus, ſudoréq; ſalſus, aheni
Rufæ coctilibus lenticlę carperis eſcis,
Tu fame ius vteri, genus ah! mentire ſubinde
Maxima méque manent, quæ tu, paruiſſima ducis,
Nos ſacrata Iouę proles, quis temneret illum?
Creſcite iámq; greges diſtenti creſcite, paſſim
Multaq; defluere, atque augeſcere paucula vidi,
Et corylos humiles, & onuſtam forte corymbis
Labruſcam nemori, virgultáq; ſaltibus, auſim
Serpentes hederas & myrrham creſcere vidi:
Creſcite iamq; greges diſtenti, creſcite, cautis
Pręruptúmq; ſupercilium tranſuerberat ornus
Fixa rigens findunt ſaxoſáq; ſumma fragoſis
Coniferę pinus radicibus, & terebinthus
Cebronia vndi ſoni torrentia flumina mundi
Pinnatos dudum piſces emenſáq;, ſimos
Delphinas nunc nunc horroribus ingruit amplis,
Nilq; vetus, durumq; adeo quin creſcat in annos,
Creſcite iamq; greges diſtenti creſcite, faſces
Barſare populeos, ramalia virgea tecum
Sumeq; Caſtanee, diſciſſis diripe ligna
Raſáq; corticibus, ſecula mihi caneat albis

Illa ſeges maculis, partimq́; intacta vireſcat.
Creſcite iamq́; greges diſtenti, creſcite, dum Sol
Tranſabit in bifidumq́; diem, tu Barſare iunge
Iunge pecus, gelidis iungas ad frigora riuis
Hunc & ſemiuirum rupis de vertice caprum.

IOSES.

Ecloga IIII.

IOSES, ISSACAR, GADINTAS.

COnſpicor Hebronia vos tam conualle reductos?
Vos ego Sichemidum cliuis egiſſe putarim,
Atq; moratus ibi, tum me cum faſce leuaſſem,
Editior ſpecula dudum clamore vocaui
Pręproperè pendens, ſcopulíque è murice tetri
Aſto multoties, nec me ſecet hiſpidus error
Extimeo, cum vir mihi dixit, iere Dothanum.
ISSAC. Quid tam præproperus? tibi ſunt rata ſomnia præſto?
O quantum liceat melius deponere picos
Implumes nidis, olidas vulpéſq; catellis
Venari, aut viſco merulas captare tenaci.
IOS. Hęc procul ô fratres, campeſtres, ſumite fiſcos,

Caseus in fiscis, nec desunt mulsea fiscis
Mala, nucesq; simul, mitissima pruna canistris,
Castaneæ ferrugeneæ, colocasia necnon,
Nec non est quicquã quod non sit edule, proinde
Et sunt conditis gratissima fercula libis.
Cedo epulas igitur, platani sub tegmine multo GAD.
Viua loquuntur vbi saliente sedilia riuo,
Suaueq; flantis vbi nos mulcent sibila venti,
Experiar modo quæ dicendo plurima possis,
Siq; tui satagis, bifori donabere buxo.
Hei mihi! sed quid ego? mecum disperdere malim IOS.
Quemlibet insolitis male dissita verba labellis,
At si me tuleris, monstrabitur hinnulus antro
Eluctata canes inter myrteta negauit
Pręgnans, quem nõ sponte sua, nec mortuus illic.
Tres à principio, triplici vinctiq; figura, GAD.
Sunt a principio, tribus ijsdem numen & vnum,
Qui patrem colitis, fatui ne temnite natum.
Alternisq; mea vice dicam, nec deus vnquam IOS.
Par odit, paribus quasi iunxit & omnia primum.
Ast alias maiora, minus meditare cicuta, GAD.
Lenior in syluis mihi cantus humillimus, ędon
Dum canit in syluis, olor vuidus exulet ijsdem.
Omnia grata mihi, gratissimaq; omnia syluis, IOS.
Iuniperis abies etiam procera resultat.
Negligit at folijs solers frondator aratrum, GAD.

Vellicat argilla figulus, qui cassibus apros
Sectatur, dic pastor amat pastoria semper.

Ios. Nos & amant cuncti, flauus sæpéq; corytos
Sustulit Esaü, stramen requieuit & inter.

Gad. Militet Ismael in lucis, atq; niuosas
Vel calcet brumas tenus altas poplite, socco
Ipse cothurnatus, fęnile subite Cameli.

Ios. Frigida dum glacies hirtis concreta pruinis
Asperet & barbam, speluncis surgite lynces.

Gad. Nondum venit hyems, veniet sed proxima rebus
Et nimium, pecori, vobisq; timete magistri,
Pellibus vpilio, nam tum non sponte c alescet.

Ios. Terge canalis haras è stercore, terge minister,
Neu stupeant mirum caudis ne terge ferinis.

Gad. Nescio quî sit, at est balantum hoc tēpore morbo
Ossibus est adducta cutis, furesq; residunt
Lanam, vos tenues sentì decerpite floccos.

Ios. Ipse suas nuper sub monte totondit & Hiras,
Vixq; decem nebunt è pensis stamina siclos.

Gad. Hiras forsan ait, nec ego sum credulus Hirę,
Quinque fere centum pridem clam lauit in amne
Vellera, perq; dies paulatim vellera siccat.

Ios. Cuiaue sint nescis nam cum spoliasset Iodas
Succida, lanicium medicandum tradit Iodas.

Gad. Quid facient Arabes? grauis aut onerabit asellos

Sarci-

Sarcina? Quid facient cancri sub cardine tosto
Athiopes? Dum sic & inhospita tesqua peragrant.
Plus plenis famulæ lac immulgete papillis Ios.
Lácq; ferescat eruntq; coagula mera quasillo.
Cętera fors dederit siquando, linque Gadinta, Iss.
Commodiùs poteris tibi dum succurret in hora:
Tu responsa quidem didicisti sedule Ioses,
Non malè delicię patris, sagulóq; merere,
Grex sitit, vtq; bibat puteos effundite fossis.

MOSES.

Ecloga V.

IANNES, IAMBRES, MOSES & ARONIS

VIs hic quandoquidem restagnans ostia Nilus
Turbineis tumefacta vadis absorbuit ipse,
Et quę subruerat pingui tunc littora limo
Nunc indurescunt calamis in margine cretis,
Occultas radio vis res arcessere mecum?
Vis mihi quandoquidem rerum meminisse iuuabit, IAM.
Quos trahat anfractus, & quę rimetur opertis
Faucibus antra ferax; incuruiq; ordine gyri
Ripas ęrisonis septemplex proluat vndis,

Vltimus & qua se describat origine Nilus
Dicere, grandęui quod nesciuere parentes?
IANN. Nec licet insimules, nullo discrimine faxim.
Quæ prior Ægypto protenta sit insula, muris
Quę prior vrbs fuerit pinnatis, clausaq; vallo,
Apis mugit vbi, dum byssina lina sacerdos
Hunc vocat indutus, dicas si spiret Anubis.
IAM. Vah! nec confugias, cur hic innubilis ęthra,
Principium quid habet, cuiusq; exordia finem,
Principium nec habet, nec habent exordia finem:
Se magis insequitur, dum se magis aufugit, atque
Dum rapit, & rapitur, dicas si spiret Osyris.
MOS. IANNES dum mulget macros in tergore tauros,
Insipidus IAMBRES ieiunos tondeat hircos;
Retia vel nectit dum lyncibus vnus & alter,
Imbelles fucos capit hic, capit illéq; talpas,
Sed dare cassa modo cuiquam ludibria fas est?
IANN. Dum tibi succensum fingis vidisse rubetum
Vertice Sinaico, sentes cui lambat acutos
Fulgor & innocuus, nusquam ludibria iactas?
MOS. Ah! scelus ille Deus tua quem fastidia lędunt,
Improbe, sic tua quem prolixáq; iurgia cantu
Traducunt fusco, pręcordia ferrea passim
Obtudit, vltriciq; tuos vi perculit astus:
Ast modo stultitiam conscisses iudice fasso.
IAMB. Eheu! tun' is forte ferunt quem nomine Mosem,

Quem mater cunis inter carecta reliquit,
Stirpeq; qui manas verpis oriundus Ebręis,
Quiq; virum mortis funesta fraude petisti,
Fama refert tumulo quem respersisse Saburræ?
Tun' is? númq; eadem secessu fortè volutas?
Nempe tuum pedibus nudis, lęnáq; recinctum. Mos.
Hac illac pulla rodentem morsibus vngues
Irrasos, triuijs vlulatu vadere raucis,
Ac execratas pro scindere falcibus herbas,
Ossa adolere focis, latices suffundere votos,
Scalpere tellurem digitis aspergine furuis,
Atq; cruentatos strigibus lustrare lebetes,
Diripis hinc lunã, inde canes latrántq; Molochĩ,
Exanguésq; nequis sic non incessere manes,
Hunc tibi seminecem quin & simulacra tulere:
At bene si penses, mors est quoque iustior illa.
Dum vanè loqueris, tu non es vana loquutus, Iann.
Possumus en sursum cantando tollere nubes,
Brutáq; vorticibus quassare tonitrua fractis.
Immugire solum reboatibus, atq; sonantes
In molem vel aquas, infręnatósq; leones
Mansueto ritu mitescere cogimus ipsi.
Immodicum tantas inter nos vndiq; vulgus Iam.
Audiat & lites incomptas iure cachinno
Ludicra prostituet deliria gentibus osis,
Maius siquid habes tu Moses incipe, Iannes

Impiger & ſapiens poſthac miracula pangas.
Mos. Tu Iôua nunc rebus pręſens ſempérq; futurus,
Tu Ioua bellipotens mecum iuratus, adeſdum
Iuraſti patribus per fœdera, fędere iures,
Aſpice bellipotens hanc aſpice numine virgam,
Mortua quo viuunt, quo viuida morte rigeſcunt,
Aſpice bellipotens hanc aſpice numine virgam,
Palluit vt Lotti coniux ſalis horrida ſaxo,
Sic mea virga teres mihi fiat lubricus anguis.
Iann. Nos eadem facimus, nunc adſis Dæmogorgon,
Tu pater omniparens tu qui premis omnia nexu:
Iſis ades, retro ſimul omnia ſoluite nexu,
Ex nihilo quicquā fiat, ſit mundus abyſſus, (guis.
Sit mihi cera calybs, mea virga nouiſſimus an-
Mos. Aſt tu ſiſte gradum pauliſper, & ecce dracones.
Ambo criſtati vibrant, aſſibilat ille:
Nec tuus effugiet, quin imo quęſumus infra,
Monſtret vti vappæ vaneſcunt friuola, ripis,
Semifer ille tuum patula ſic deuoret aluo:
Ordiar at maiora licet, ſcelerata Gomorrha,
Maſcula vel Sodome, velut atro ſulphuris imbre
Iuxta Aſphaltiaciſq; bitumina proruta ripis
Nunc ea teſtantur iaculatas vindicis iras;
Hæc adeo Memphim maneant, (mirabile fandū)
(Hoc fandum) fluuius ſaturetur ſanguine craſſo,
Iuberibus Leuiathanas infamis arenę,

Atque

Atque exhalantes simul emoriantur Enochi.
Nos faciemus idemq; Astarte, corniger Ammon, IANN.
Et queis sunt Sanctæ mea carmina carmina curæ,
Sanguinolenta ferunt, foueis quas pocula plenis
Et gustare scyphis, scateant in pocula fontes
Vobis, & fluuij marcescant sanguine tincti,
Squamigeræ pecudis, vis & siqua innet equorum
Amnicolûm, si vis crocodili procubet alueo.
Ter fer Aroni manum, terno marmorq; bacillus Mos.
Dissecet exilis tactu, ter cominus illum
Duplicet, exultent stagnis ranæq; palustres
Ilicet, amissisq; capacia regna lacunis
Hinc teneant aulæa Phari, quæ sordida luxu.
Pro miranda viri, simulac tua maxima vidi IANN.
Maxima non duxisse nefas hæc maxima rebar,
Et ni sis alius vera à ratione petescas,
Nempe fatiscentes dubius posséśne catenas
Demere naturæ, nimium sed dissita quęris,
Est cunctanda fides, magis heu ne crede figuris,
Dúmq; adamanta plicare cupis, tu licia vincis:
Ranas dúmq; cupis, subito, sint omnia ranæ.
Quęq; facessitis facinus si crimina gerris Mos.
Spondebunt forsan, pariles disperdere rixas
Quoquam te pudeat, miserasque infligere lites
Æquipares nec te (pereas nisi postea) cuiquam,
Interea culices saliant ex puluere cunctis,

Sin minus hos fugias, dirimat se sydus ab alto.
IANN. Est genus insuetum magicis inducere vermes,
Vnquam tale fuit? nequaquam talia vidi,
Hoc potis esse Dei concedat quisq; libebit,
Nę Deus, ille Deus, pepigit qui talia tecum.
Iam sine plura rudis, fęlix dum sceptra recusas,
Tuq; stola dignus, capiti dignúsq; tiara
Rex dignus Persis, nobis dignusq; sacerdos.
ARON. O nimium nimium vecors, quam falleris amens,
Nec nos pelliciunt vlla cupedine mensæ,
Libertas sat erit, dum libertate fruamur,
Omnia dumq; labent in peius, eamus Orębum
Sacrifici, Dominóq; pios mactemus honores.
IAM. Quis nouus ille Deus, nouus ille, vetusta nec ausim
Hunc sciuisse prius vel sęcula, sęcla patescunt
Irrita, perq; tuos maneas sapientior annos,
Hinc procul ite senes longęui, vipera matrem
Nunc alit enixam, cęditq; ciconia patrem.
Mos. Hinc fugite ô pueri Lamiæ venere, puelli,
Credite neu pueri vetulis, neu credite falsis,
Altera frusta manus tendit, tenet altera captos:
Hinc fugiatis oues, ne quis vos fascinet arte.

DAVID.

DAVID.

Ecloga VI.

ELIAH, DAVID.

Quò puer, vnde pedes? Qua te via pessime, quocum
Huc ades, exiguas & opes male siccine linquis?
Ve tibi! siqua gregis numero sub vespere desit.
Mirabar si non vnquam rixaris inani DAV.
Voce, minásq; soles si non iactare, remissis
Fas parere, piè dum tu dominabere maior.
Quantum inter faciles sunt glauca salicta myricæ, ELIAH.
Vel quantum salices intérq; cacumina cedri,
Tantum nos inter DAVID prospectus inesto,
Et si non parere tuum, da seciùs vnde.
Depellens agnas deserto forte redibam, DAV.
Argute modulans filis meditata canoris,
Vt vir nempe salax paliuro cornibus hæsit,
Dum per senta situ non vndiq; sobrius iret.
At satius siluisse lyram, quæ pendula pinu ELIAH.
Nec iusta pauitans fures nunc sola silescit,
Callidus vsque adeo? repit num sæpe vicissim
Mutus & vpilio? sandyceq; vellera fallet?

Nam-

DAV. Namq; fidelis hylax nulli latratibus impar
Non monuisset iners, nequam timidũq; fugasset?
Nudus & omnis ager, necubi coopertus abibit,
Ni se post silices duras in crimina ponat.
ELIAB. Nil non stat sceleri nec cernis vt omnia cornix
Increpet, annosos quà se spissa erigit illinc
Æsculus in ramos, nec cernis vt ipsa sinistro
Arguat & planctu, crebris & strideat alis?
Enq; leæ catulum villos & corpora fuluum,
Nec lupa raua, meis quia vox non faucibus aret.
DAV. Verum, inter stipulas fragiles & culmen auena
Intextum sterili, vulsis super addita glebis
Qua se tollit humo tuguri vel canna iacentis
Diriguere iubæ, cunctanter tractibus anceps
Nunc legit insidias, infrenduit atq; filictis;
Parce metu, non antra petet prędator onustus,
Sed cadet his manibus, laniatus & ossa peribit.
ELIAB. Quo ruis heus! miserum? queis te molirier ausis
Ingruis, & nocuæ te nunc confidere pugnæ
Aggrederis, lepores canibus certate tenelli,
Tortile sume pedum, lapides, & missile sume,
Fundam sume puer, procul istac cede, roganti
Da puer incessas ne tu generosior vltra,
Proh dolor ô patri, tibi quæue insania mater?
DAV. En ferio, en redeo, spolijs insignis & ictu,
Oh nimis intrepidum, si vox non lęua tulisset

Vana

Vana loqui, dum tu clamabas sæpe, caueto:
Sic [illegible]pati lituos suetus, certamine cetras
Pene palestinis dum tu sortiris ademptas:
Longius atq; tubæ suprema pericla tueris.
Mente ferox adeo? tua præter vt omnia vili — ELIAB.
Neglectu iacias, reminisci disce modesti
Prodigus obsequij, toties quot quisq; monebit,
Nec te pœniteat vel mittere plura molestis,
Sed sat: lanigerę nuper stipantur ouili.
Vix nox humescit, veniuntq; crepuscula sero, — DAV.
Et nondum villæ fumarunt tecta domorum
Bethlemes humilis, cuius sublime vehatur,
Fama vehatur ad astra mihi, viuátq; superstes,
Non delenda illis inscriptaq; nomina viuant;
Interea donec vagus hęc incondita pango,
Magnus fingebat plectro non qualia Iubal:
Sennaricam stabilire palam propè niterer arcē;
Multiloquæ famam Babyloni vulgo daturus,
Rursus & elingui penitus mox ore tenerer,
Illud ego siquidem cantando niterer ipsum.
Sed mihi pauca satis, quāuis sint plurima paucis
Hic quoq; mixta simul; Samsoni nonne laboris
Gloria Tamnathij clarescet, gloria semper
Proiecti suberit malæ nec maior onagri,
Millibus immenso collisus robore tritis?
Viuat at ille Deus, qui me respexit inermem,

Exuui-

Exuuias laceransq; rudentum strage leonum
Pauperis ecce mihi spem reddidit ipse peculi:
Congestis ideo surgant altaria saxis,
Dumq; tibi faciam pro trinis, ipse venito:
Rufa iuuenca mihi, rufámq; adolebo iuuencam,
Pinguéq; thuricremis vt mos fragrabit opimum
Prunis ambesum, redimiclis tempora vincti
Victima dum steterit teget infula iámq; mitellam
Linea, velaboq; humeros Ephode trilici:
Nec tibi tanta placent, tenus it pannosa lacerna
Cruribus & suris, amicit caput atq; galerus
Circum stramineus, tibi mundius ista placebunt,
Terq;, quaterq;, manus intingā sanguine macto,
Quilibet & cineres modo ne sit fœtidus vstos
Diluet hyssopo, feralia pastor & exta
Vel lustrabit aquis, idem vel pone fauillas
Differat atq; casam, dum mascula farra litabo,
Largius atq; oleo dum rustica liba perungam.
Hinc procul ite feræ, tutis vos degite lustris,
En quo vos feritas, procul hinc ite ite malignæ,
Trunca stat hic quercus, trūcataq; fulmine pinus,
Pinus trunca ferátq; toros, examina quercus,
Et terrore tori, ac examina mellis abundent:
Hinc procul ite ferę, tutis vos degite lustris:
Et pratis saturæ rebitent pręsepia vaccæ,
Impauidiq; abeant, tardè reperantq; bubulci

Septa

Septa boum plenis fęnilibus, omnia tuto
Omnia sint tuto, sic taurus ruminet eruum.
Hinc agedum cedo, sub casu frigidus imber. ELIAB.

BALTASAR.

Ecloga VII.

TABELCAS, BALTASAR MELCHIVS.

SIc tibi grata dies ros vt lętissimus hisce
Capreolis tener est, primis mollissimus herbis
Vt flos, atque quies fessis messoribus, vnà
Vmbra viatori, maturis frugibus æstas.
Baltasarq; itidem, quo tu dignare Tabelca, BALT.
Si nobis itidem cupimus, dum singula mecum
Æstimo, dumq; equidem nil est aliquando futurũ
Deterius miseris, lolium sere, demete fætas
Agricolæ ô segetes, committite vitibus apros
O iuuenes, tepidum reicit vindemia pręlum.
Non ea sæpe senex quę tu narrare solebas, TABEL.
Si quid ego paterer, dum tu tolerare docebas,
Et parili studio lenibas tædia næuus,
Cum nempe hesternum meruit tua tibia sinum
Intacti lactis, quam protinus ipsa Badillis
Afferet è mulctra, calathus simulatque volemis
Iunceus impletur bis senis: ferte corollas,

Semicaperq; Sijm saliat, chorus inde sequatur.
BALT. Vlnis ornatum vestrum redimite prophetam,
Horridiusq; caput spinis histricis acutis
Euincite, simul tilijs, solabor amurca,
Mecum vlulæ diro clangant è robore taxi.
MELC. O vtinam tanti des quæ tibi causa doloris,
Quandoquidem macies te nunc & conficit ægrũ,
Tristitijsq; pecus domini lentescit amaris,
Ante etenim audieram Solymas quod & vsq; venires
Inflando cannas tecum rebamur ituros,
Dum mihi non nihili res est, en fistula collo,
Fistula quin tremulis argutior ipsa cicadis.
BAL. Hoc equidem MELCHI: pridem migrare putaui,
Externis verum peregrè proficiscimur oris,
Possesso gladijs miles dominatur agello.
Vesanæ fœdantq; noualia prædia gentes,
Sennaricusq; ædis sordet grauis ære satelles,
Væ nobis! ex æde Dei furor hosticus illa
Pollutumq; malis manipli fecere sacellum,
(Infandumq;) palam capitur diuina supellex,
Iam Babyloniadum fermeq; hinnitus equarum
Vngulaq; auditur, mulos pondusq; refercit.
TAL. Dispeream si non arescere papula vidi
Iumentis, si non armenta sitire lacunis
Buceralimosis, si non traducere cœnum;

Et

Et si non inter corâm vepreta colubros
Lactere & vitulas, calido mulctralia succo
Lambere, fibratos in frustaq; rumpier intus.
Præterea mihi pulchra bidens nutribat adultos, BAL.
Caulis nutribat partus, nutribat & hornos.
Nec partus cordi, partus semperq; trimestres,
Semianimem sobolem vix reddidit ipsa nouenis:
Exululare die mihi murmur & acre luporum
Et memini medio puteos turpare colores.
Omnia vera licet, non credulus omnibus hisce, MELC.
Cętera (crede mihi) non hęc impune licebunt,
Pastorum Deus, ille Deus, qui ditat abunde
Quos amat, Isacidemq; foris ditauit abunde,
Et prius astra cadent, numerosis pontus arenis
Decidet, afflictos quàm deserat immemor acti.
Exilio verum nos dedimur orbe rebelles, TABEL.
Diuidit & patriam, reliqui siq; arua tenebunt,
Ænea sit tellus, deuexaq; ferrea cœli.
Viuat iò Dominus, concessimus vndiq; terris, BAL.
Vndiq; promissis concessimus vndiq; terris,
Currite rupicapræ syluestres, currite damæ.

ROGAMAL.

Ecloga VIII.

ROGAMAL, ODOLLAS, MIMALCON, TOBALNES.

TVm nox humanos ſepelibat multa dolores,
Æquabatq; polum placatis lympida pennis,
Viq́ue ſagax fida iam pagis clanxerat anſer:
Et leuiſomna canis, pugnaciq; ore lyciſca
Fortius actutum latrarat, & hirta ſubulcis
Cauerat, inſidijs dum bellua ſæua ferocit,
Lanigerum media cuſtodes nocte grabato
Quattuor incincti brumali nebride poſtquam
Surrexere, pedum geſtantes quattuor ante
Compactas crates, oleagina clauſtráque ſepti,
Qui pede ſetoſa veſtibant hybridas, atque
Quattuor è calamis ſic incepere canendo.
ROG. Vos pæan, & io, vos qui tentoria Sæmi
Nunc colitis, mecum graciles inflare velitis
Culmos, degiſtis vos qui per ſordida teſqua
Iappetidæ, mecum (lux eſt) compellite tauros.
ODO. Pęan, rurſus io, tellus habitabitur olim,
Gentes multifidæ, ſed gentibus orbis & idem,
Gentibus orbis erat, fuit ijs quoq; nauis & orbis:
Gryphes equiſq; Noas pardoſq; coegit onagris.

Et pius ille Noas, bellam per aperta columbam MIM.
Laxat, remigioq; plagas cita plaudit, abite
Hinc procul infames corui, redit ecce columba,
Radit iter, donumq; refert pacalis oliuæ.
Et bonus ille Noas, siquando solus vt æquum TOB.
Restitit, arietibusq; pyras onerauit obesis;
Hic dedit incultis legemq; ligone frutetis
Vitisator, primus qui sensit munera vitis.
Deficiant vites, processit mutet aquosos ROG.
Qui mulso cyathos; famuli concedite lymphas.
Quid pauidi metuent? nebulis inscribitur arcus
Versicolore notans hyalo quæ pacta vigescant.
Nimbum præuideo, crepitabit grandine nimbus, ODO.
Hæc scit & Almallis galilæa puerpera suauis,
Quæ latus ah! niueum proiecta residit hybisco,
Ergo boum foelix inter præsepe senesces?
Amnibus vt myrtus, frons est vt pulchra salictis, MIMA.
Spicis vtque seges, pullis arbusta nouellis
Vtq; placent, soboles ociliq; vt pulchra iuuencæ,
O Almalli tibi sic formosissimus infans.
Vallibus Hennonijs natos cognoscite matres, TOB.
Natam tuque pater crudelis noscito Iephte,
Hunc subridentem nam cognouere parentes,
Quãuis non pater huic, mater sit & altera quãuis.
Quæ tibi parue puer vis fingi nomina, pridem ROG.
Nomine dignus eras, nec qui sis nescio, vel quo

Nomine dignus eris, tu Silo vocatus auitis;
O Silo Silo, salue dulcissime Silo.

Odo. Sub pedibus nubes despexit Silo, priusquam
Delituisset adhuc casulis, lugente popello,
Nunc adolescet agens, post dumque adoleuerit, annos
Iebuse paueas, graueolentes diuidet hircos.

Mim. Vero Sionææ lętentur in agmine turmæ,
Pictaq; molliculis implectant serta corollis,
Dumq; Sionææ lætentur in agmine turmæ,
Dissiliant calathis violæ, saliunca corollis.

Toba. Non mulæ phaleris, elephas non barrus & ostro
Flagrabunt sub rege pio, vanissima nolit:
Pro phaleris vestes, & pro mulabus asellum,
Proq; ostro iuuenes patulas insternite ficos.

Rog. Quæ tibi parue puer, quæ vota litabimus alme,
Heus puer alme, tibi quæ vota litabimus aris,
Hædulus in stabulis, subrumus & ille capellæ
Hædulus it biduum, meus imbuat hædulus aras.

Odol. Exi Nære foras, ab ouilibus ilicet affer
Hinnuleum bubali, ludit lasciuus ouili
Hinnuleus, reperiq; vbi sese Galgalus ingens
Pinifer attollit, subter pineta salibat.

Mima. Omne fere desit, ni cum sat mane viebam
Iuncea fiscellis contexta, vligo genistis
Capreolo tepuit, cygnisq; simillimus albis

Capre-

Capreolus, modo mi catulis petulusq; coniscat.
Fictilibus calidis hesterna luce coiuit TOBA.
Lac mihi, lac passum, mihi lac nitidissima vacca
Quod tulit, & vitulam (paulum subrufa notescit)
Lac passum, & vitulam, pro munere Silo capessat.

SILO.

Ecloga IX.

EN erit illa dies, laudes qua SILO vicissim
Persequar, & surdas cotes animabo querelis,
Interea mutilæ serpant per prata colubræ;
Seu prece sub sudo sit inexorabilis aspis,
Posthabeat lusa dumetis aure rosetum:
Ac potus armenta, sitisq; oblita dehiscant,
Sint testes damæ, testes damisq; myricæ, (bis,
Basaniumq; hederis, hederę glans quernia corym-
Iuniperi cliuis, testes & vallibus vlmi,
Arbutei frutices, ferulæ grandesq; rubetis
Posthinc sinaicis, taxo paliurus acerba
Sit mihi vitta, fleant cum baccare triste cupressi;
Per nemus hoc sentum studio dum palor inanis,
Vngor relliquijsq; apio crinitus oliui,
En erit illa dies, laudes qua SILO vicissim
Persequar ipse tuas, omniq; subinde dicaces

Ac Iericontææ tua palmæ fata loquentur,
Petoridæ Balami non ante lalisio vatem
Erudijt stolidum balbus? quatijtq; loquelas?
Vibicibus scuticæ dum vapulat ille magistri,
Ebrius insanis qui vix regit ora capistris?
Eia canore modi tibi quæ non disparis edant
Interitum? quid non animalia singula? quid non?
Quid non pene gemant nullo solata cubili?
Silo prius Lunam, stellas, solisque meatus
Instituit, nubes: informatosq; cometas
Instituit, tractusque, niuesque, arcumq; tetendit;
Vinitor vtq; hilarat sese, post Sabbata, fessus
Protinus exhibuit, solij de sede profatus:
Instabilis agili cursu vos pergite menses,
Perrexere die menses, & mensibus anni,
Te Silone prius conseuimus hordea, tete
Fuscis thus ebulis, lolium nos messibus, & te
Nempe thymum casias discreuimus atq; cicutis,
Silo nos celat nihil, ante scelesta necabant
Nos aconita, pedes glacialiq; vlcere tandem
Discissos dedit hamatis ambire cothurnis.
Scrupea proijceret se dum sub tecta vetustas
Seu Iunco, stratóue super farraginis algæ
Pristina, vix inter dormiret & oua draconum:
Demum paxillis habitata mapalia suasit
Iampridē: Nomadas tuguri quoq; verrere culmos
Edocu-

Edocuit, fulcris subnixas vndiq; crates
Munijt, immanes sibi deniq; subdidit vrsos.
Silo paruus eras, quamuis tum maximus esses.
O quoties libitum campestria regna palatî
Præ luxu tenuisse, tenent ea deniq; reges,
Ast dum te spernit, mirantur prata iuuencum
Scilicet Assyrium, camuris qui cornibus austros
Bos petijt, frustra mussansq; remugijt aula;
O infortunate tuo palearia mento
Iam prolixa cadunt, metuunt & fortis aratri
Colla torosa iugum, nec scis traducere mores;
Ah! tete miserum quoties resupinus in vlua
Et folijs recubans, lambis tua terga, caducis
Sepibus ah! vesci virgulta tenella salicti
Ah! quoties toruè glabras depastus & herbas
Algorem pateris, strepitu conuulsus asyli
Amnibus Euphratê, sequerisq; paludibus amnes.
Atq; die pluuios imbres, & nocte pruinas
Tu bibis, ast dum tu septeno tempore brutus
Huc illuc erras, ceruicis seta pilusq; (ros.
Decidit, heusq; fugis. Stabulis vos claudite tau-
En obijt Silo, saxi tumuloq; quiescit;
Et tumulum iugiter per apricum roscidus humor
Plurimaq; electris humili liquantur acantho
Balsama, stactæ umque ferat narcyssus amomum.
Pantheræ specubus mærentes, eq; Niphate

Diffici-

Difficiles pardi maxillis, parq; palumbum
Struthio vociferansq; diu lamenta dedere.
Quid lamenta iuuant? vacinia frigore marcent
Cum croceis calthis, & candida flore ligustra,
Cerea poma fluunt, reditura æstate viretis:
Sic Silo moreris, triduo sed Silo resurgis
Carbasa vestitus, pallamq; ornatus, Oræbi
Tu visis colles, supra collusq; requirunt,
Et clamant armenta vale, repetuntq; valeto,
Ingeminantq; iterum. Quis cras custodiet agnos?
Nunc furit vrsa (leui prius vrsa petulcior hædo)
Barbigeris maribus. stabulis iam claudite tauros.

Canticum Canticorum *Salomonis.*

SPONSVS & SPONSA.

Ecloga I.

Cap. I.

Sponsa. TV qui melliflui fæcundos Nectaris haustus
Vincis amore tuo gratos afflatus odores,
Cuius ab Ambrosio finguntur nomina succo,
Errabunda mihi nunc oscula suauis amices.
Hinc tibi virginei proles pulcherrima, toto

Astricti venient ad fœdera pectore, cœtus.
Hinc, tu quo me cunq; trahas vestigia figam,
Rex mihi per thalami raptos penetralia passus
Subduxit, ducemus ibi solamine tempus,
Solamenq; nouos lusus affundit amori;
Nec superante mero labentur pectore vultus;
Te quoniam recti flagrarunt fomite iusti.
Fusca colore quidē, Solymarum at grata, puellæ,
Cedareis prætexta velut tentoria velis,
Grata velut Salomi fixis vmbracula scenis,
Fusca colore quidem, diuersos condite vultus,
Nam iubar ætherium tetigit me fulgure, pallet
Flammeus oris honos, diuersos condite vultus.
In me germanis tumuerunt fluctibus iræ;
Et mihi sollicitæ curas adiungere vitis
Composuere, mihi vitis nec plurima curæ;
Dic mihi, me cuius dulcissimus abstulit error,
Quo te, quæue ferant lætantia pascua? tuq;
Dic mihi, cum medium Sol hauserit aureus orbē,
Queis pecus admittas pigrum felicius vmbris?
Ne ferar in socios ego gressibus inscia passim.
Hæc si nescieris quondam, pulcherrima rerum
Coge pedes ouium, teneros ad culmina lenti
Pastorum tuguri cogas compressius hædos.
Tu mihi belligeri fastus, tu splendida consors
Armati currus Pharij; tu cincta capillos

SPONSVS.

Syde-

Sydereo ſpiras vultu, tuq; illita collum
Torquibus arrides; ſudabitur aurea veſtis,
Illuſas ducetq; notas argenteus ordo.
SPON-SA. Rege iacente ſuos Nardus iactauit odores
Læta, mihi ſocius diſtricto termite myrrhæ
Carior, in gremio mihi carior ille manebit,
Carior ipſe mihi Engeddi de monte Corymbis
Vitifero, aut baccis mihi carior ipſe cupreſſi.
SPON-SVS. O decus eximium formæ, ô iucunda voluptas,
Lumina tu ſuffuſa nites arguta columbæ.
SPON-SA. O decus eximium formæ, o candoris honores,
Frondibus inductis lectus circundatur vmbris:
Enodiq; trabes denſant ſublimia cedro,
Abietibuſq; rigent decliuia culmina criſpis.

SPONSVS & SPONSA.

Ecloga II.

CAP. II.

SPON. Sum roſa camporum, ſum pronæ lilia vallis.
SPON-SVS. Vepribus hirſutis vt conſita lilia rident, (nes.
Sic mea nympha Deas celebris ſupereminet om-
SPON-SA. Syluestri veluti ſe porrigit arbore malus,
Sic meus in viridi ſpatiatur flore iuuenta,
Sub cuius cupij frondoſo tegmine, vernis

Membra

Membra leuare comis, & sub quo lenta recumbā:
Qui mea melliferis demulsit fructibus ora,
Et mihi vinosæ pandit penetralia cellæ,
Cuius veliferis vestigia surrigo flammis,
Languescunt ignaua quibus vel mēbra, cruores
Fundite vitiginos, & viscera pascite pomis.
Sufferat & capiti lęuam, dextramq; benignos
Flectat in amplexus. SPONSVS. Vos innuptæq; cohortes
Obtestor Solymæ, per capras ipse bicornes,
Per volucres ceruas quæ deuia rura pererrant,
Murmure ne segnis taciturna silentia somni
Rumpatis Socij, aut temeretis fędera nostri
Illibata thori, pręcludant donec amores.
Hęc vox dilectum sonat, insilit ecce sub altis SPONSA.
Montibus, atq; iugis tollit sua corpora saltu
Pręcipiti, capreæ similis dilectus agresti,
Ceruorum similis dilectus fętibus instat:
Sustinet ecce gradum, muro defixus inhęret,
Cancellis inhiat, dat lumina blanda fenestris.
Qui mihi responsans est tali voce loquutus,
Surge fauor, tu surge decus, tu dirige gressus,
Flumina iamq; niuosa liquent de montibus altis,
Nubila rarescunt, & frigora discutit æther,
Flores fundit humus, torpescit carmine cœlum,
Raucisonosq; eiet gemitus de gutture turtur:

Partu-

Parturit ecce nouis ficus densissima pomis,
Textus odoriferas ac vestit pampinus vuas,
Surge iugalis amor, quo te voco dirige gressus.
SPONSVS. Nostra columba cauo scopuli sub fornice curui
Deses, & abscissi vallata crepidine saxi,
Huc vertas roseis radiantia lumina flammis,
Huc tua dulcisonis inclines vocibus ora;
Vocis nempe tuæ percurrunt gaudia mentem,
Ac mea sollicitant præcordia frontis honores.
SPONSA. Iamiam supplantent astutas retia vulpes,
Vulpes florentis quæ prima pube racemos
Conspurcant vuæ; qui roscida lilia tondet
Ille mihi, eius ego, solidis arctissima vinclis.
Exerit æstiferos ortus dum feruidus ęther
Dum fugiunt vmbræ, vestigia passibus vrge,
Hinc dilecte tuis, vt caprea, lætaq; ceruûm
Progenies leuium, Batther sub montibus acta.

SPONSVS & SPONSA,

Ecloga III.

CAP. III.

SPONSA. HVnc mea scintillis stimulat qui pectora viuis
Nocte iacens, vidui nusquam potuere lacerti,
Pertentare thoro, iactataq; brachia circum

Nec

Nec potuere ſinu quæſitos tangere vultus.
At nunc abſiſtam thalamo, nunc compita curſu
Aera nunc rapiens tardas luſtrabo plateas,
Vt lapſum excutiant vicis mea lumina, pignus
Quæſiui, nec idem mihi ſe tulit vrbe repertum,
At mihi noctiuagæ vigilum obuênere cateruæ,
Ac prior orſa mihi (quæro) monſtrate viarum
Semita ſiqua meos ſubduxit pectoris ignes.
Ecce reduco gradus, inter mea brachia tracto
Labitur occurſu, cuius feruore benigni
Emicuere ſinus, ſtrictis complexa lacertis
Per genetricis eum, noſtræq; per atria matris
Duxero donec eum, nuſquam diuerſus abibit.
Vos innupta cohors taciti non otia ſomni SPONSVS.
Soluite, nec ſopita nouo vexate tumultu (ſtes,
Corpora, per capreas, ceruaſque obteſtor agre-
Artus ipſa quoad laxarit amica ſepultos.
Heu quid deſerto prorumpit in æthera? tanquam
Fumea concreto nubes glomeratur amictu,
Illachrymans Myrrha, conſperſaq; thure vaporo,
Atque per aereas ſeſe ſupereuehit auras,
Puluis ſeplaſius, liquidis immiſſus habenis.
En Dauidiaci thalamum Salomonis obumbrant SPONSA.
Sex deni heroes, lecti de gente ſacrata,
Enſe coruſcantes, belli ſtudioq; decori, (bris
Quiſq; ſuum mucrone femur præcinctus, ab vm-

Excu-

Excubat, vt piceus fallatur noctibus horror.
En cadit omne nemus libani sub tecta superbum;
Argenteisq; eadem rigidè suffulta columnis
Incumbunt, stratisq; pedum iacet aureus ordo,
Murice vela pudent, medio sternuntur amores
Virginei Solymæ, procede puella Sionis
Iam procede foras, pressumq; tuere corona
Nunc Salomona comã, quam mater nexuit ante
Primitias thalami, quo tempore blanda voluptas.

SPONSVS & SPONSA.

Ecloga IIII.

CAP. IIII.

SPONSVS. TV mihi pulcher honos, tu vultu nympha sereno
Affluis, irradiant facie suffecta columbæ
Lumina luminibus, rutilantq; micantia crispa
Cæsarie, intonsoq; gregi coma longa capellæ
Par fluit, vrenti Galaad iuga florea montis.
Vt grex compositus vitreis se laniger vndis
Effert, cuius ouis connixa est quæq; gemellos,
Supprimit aut steriles effæta nec vbere partus,
Sic dentes niueo puri candore renident,
Ardet & vt vittæ radianti tænia cocco,
Sic pudor accensis interluit ora labellis,

Et nitor eloquij commotas ſuſcitat aures,
Roſcida punicei rident vt fragmina mali,
Tempora nexilibus ſic ſurgunt vincta capillis:
Ardua turrigeræ reſpondet imagine ceruix
Arci Dauidis, ſcutis quæ mille coruſcis
Fulgurat, atque mares nutantibus euomit ignes:
Ceruigenis geminæ ſimiles à pectore mammæ
Mollia qui teneri perſultant lilia, pendent.
Ignifer æſtiuo dum feruet Sirius ortu, SPONSA.
Pallentes gelidis redeunt dum montibus vmbræ,
Tum colles mirrha fœtos, tum thure reuiſam.
Tu conſors formoſa nites, te labis iniquæ SPONSVS.
Crimina nulla notant, Libani tu vertice conſors,
Conſors tu Libani huc tua iam veſtigia confer;
Ipſa iugis Amanæ, Sanir ipſa cacumine ſummo
Hermonis ipſa, ſpecu deſpectes ipſa leonum,
Montibus abruptis pardorum lumina confer:
O mea nympha, meo cupidos de pectore ſenſus
Surripis, ipſa ſoror noſtro de pectore flammas
Vulnificis hauſti telis, & lumine blando
Emicuere faces, & colli torque reducto,
O mea Nympha, tui placidi quam pectoris ignes!
Quam dulcis ſuperant halantia flumina muſti!
Quam tua nobilior liquido fluit vnguine veſtis!
O mea Nympha, fauo diſtillant ora, tuiſq;
Lactea melliferis exudant flumina linguis,

Atq; ſinus Libani ſuaues afflantur odore,
Nympha, ſororq;, tibi ſeptum prætenditur horto
Tu fons impreſſus, tu fontis origo coacti,
Brachia luxuriant, lætis, vt pomifer hortus
Fętibus arboreis, turgeſcit in vbere ramis.
Cum Nardo Cyperus, Nardus, crocus, omneq; ſacchar,
Cymnama, cedriferæ Libani vel gloria ſyluæ,
Myrrha, Aloe, & liquidis vnguēta fluentia guttis.
Fons horti, puteus ſalientis viuidus vndæ.
SPONSA. Tolle moras Aquilo, pennæ virgulta ſuſurro
TuNote percelebres, iubeaſq; liqueſcere ſuccos.
Nunc veniat ſocius, guſtet fructuſq; vireti.

SPONSVS & SPONSA, PVELLA.

Ecloga V.

CAP. V.

SPONSVS. IAm mea virgo, ſororq;, meis ego paſſibus hortū
Emenſus, ſtrinxi collecto termite Myrrham,
Et latices liquidos, hauſi ſpumantia preſſo
Mella fauo, & mixtos ſorpſi cum lacte cruores,
Vos eadem ſocij, vinoq; madete ſepulti,
Cor vigilat, leni ſuccumbunt corpora ſomno.
SPON. En vox dilecti reſonans, en voce loquutus

Corri-

Corrigit ipse fores, compellans nomina dictis.
Tu soror, ipsa mei castus tu pectoris ardor, SPONSVS.
Ipsa columba mihi, præstanti corpore virgo
Ostia dispandas, glomerant à vertice rores,
Et coma noctiuagis vibrata humoribus vndat.
Nuda sinus, humeris num vestes ipsa reducam? SPONSA.
Atq; eluta pedes, vel eosdem sorde retingam?
Ecce meus rimis palmas dat hiantibus, ecce
Tunc perculsa modis micuerunt viscera miris,
Surrexi, atq; mouens vacuatos obice postes
Electris licuere manus, stacteq; repostis
Commaduere fores digitis, ac limine nudo
Se mihi subrepsit flectens vestigia plantis.
Quo resonante, mihi fluxerunt ima medullis
Gaudia, quęrenti nec se tulit obuius ille,
Vocibus insonui, nullas de pectore voces
Elicuere meæ, vigilum, lustrantibus vrbem
Excubijs plantas circumcinxere cohortes,
Quæ male vulnifico me concussere flagello,
Et mihi murales peplum rapuere cateruæ:
Vos igitur Solymæ, precor, obtestata puellæ,
Si meus aduerso vobis occurset amicus,
Artus implicitis ah! gliscere dicite flammis.
Quæ tibi cum socio commercia candida virgo? PVEL.
Quid tibi præ cunctis, cum sic iuraris, amicus?
Est niue candidior, teneræ lumenq; iuuentæ SPONSA.

 Purpu-

Purpureum, innumeris vallatus fluctuat armis,
Et caput obrizi flauet fulgoribus auri,
Fractaq; cęsaries nigrescit imagine corui,
Ac eius puras radiant imitata columbas,
Lumina, stridentes spumantes in æquore riui,
Quæ se lacteolis merserunt fluctibus, atque
Conspicuæ resides in apricis cautibus ardent,
Areolis similesq; genæ rorantur odoris,
Ora rosæ tingunt, lachrymis humentia myrrhæ;
Orbibus accinctis hyacinthus vt additur auro,
Sic est culta manus: sapphyris pectora viuum
Vestit ebur, basibusq; auratis sura columnæ
Marmoreæ commissa cubat, sic gloria vultus
Æthereas Libani cedros insignis obumbrat:
Hic suauis tantus, quanta dulcedine suauis:
Deliciæ illæ meæ, socialis pectoris ardor
Ille puella meus. PVELLÆ. Tuus, ô pulcherrima, consors
Quo diuersus abit? sua quo vestigia torsit
Ille iugalis amor? tecum quæremus amorem.

SPON-

SPONSVS & SPONSA, CHORVS.

Ecloga VI.

CAP. VI.

Est meus areolis hortorum illapsus odoris — SPONSA.
Per virgulta vagus spoliat qui lilia thyrsis,
Lilia qui carpit meus ille, illius egoq;.
Tu formosa mihi, Thyrsa formosior, vrbe — SPONSVS.
Splendidior, magis instructis horrenda cateruis,
Lumina summoueas fastu nam pectus anhelat
Turgidius: Galaad virides tondentibus herbas
Non coma monticolis differt promissa capellis.
Non ouibus dentes surgentibus ęquore, quarum
Quæque sibi geminos sortitur prole quotannis.
Fragmina purpurei vernant vt punica mali,
Sic tua mixta comis flammantur tempora textis.
Denæ sex adsunt Reginæ, octoq; lacessunt
Concubitus denæ, numero sunt absque puellæ,
Vna columba mihi, perfectior vnica rebus,
Vnica delectu genetricis, & vnica matris:
Hanc videre nurus, hanc vidit virgo Sionis,
Hanc & reginæ pariter duxere beatam,
Hanc omnis cecinit furtiui succuba lecti.
Quæ Dea stat fuluis matuta vt lutea bigis? — CHOR.

Fulgidior luna? telorum fulgure solis
Purior? horrificæ vel formidanda cohorti?
SPONSA. Spectarem arboreas tumidi torrentis vt oras,
Vel pubem vitis, mali florentis honores
Spadicei, visi nascentia septa iuglandum.
Me latuit, moto fremuerunt viscera fluctu
Me celeres populi sensus dixere quadrigas.
SPONSVS. Huc huc pacifica facie vestigia tendas,
Huc te pax flectas, pax adsis fronte serena.
SPONS. Quid pax vobiscum, medijs interrita castris?

SPONSVS & SPONSA.

Ecloga VII.

CAP. VII.

SPONSVS. PAssibus insistis quam principe nata decoris
Sic femen accinctis arctum compagibus hæret
Arte laboratis vt nexa monilia gemmis
Æternus crater dat pocula pectoris vmbo
Triticeus septusq; rosis est venter aceruus
Ceruigenos referuntq; tua vbera bina gemellos
Arcis & in morem discedit eburnea ceruix.
Piscinæ similes oculi stagnantis in Hesbon
Bathrabbim ad portam Libani stat imagine vultus
Tur-

Turriferi quæ turris abit falcata Damascum
Edita Carmeli superasq; cacumina montis
Et tibi regifico nodantur murice crines (tas?
Quam decus egregium: quam tu iucunda volup-
Tu mea, deliciæ sublimibus æmula palmis
Vbera distentis turgent, velut vua racemis
Erectus nitar ramos contingere dixi
Et domitæ facili conuellam brachia palmæ
Ambitiosa manu sint vbera deprecor vuæ
Naris & extundat sensu mitissima poma.
Ora fluant musto vt recta complectar amores SPONSA.
Vtq; soporifero senium se triste veterno
Exciat, & linguæ discat mansuescere cultu.
Proxima sum socio & mecum lasciuit honeste,
Iamq; petamus agros cõsors nos rura recepten
Peruia matutæ nos semita ducet, oborto
Germine num grauido tumeant in palmite gem-
mæ
Num noua punicei laxentur semina floris
Et tibi conceptis libabo pectora votis,
Dulcia Mandragoræ redolent vberrima fructus
Sternitur omnigeni foribus tibi copia pressis.

SPON-

SPONSVS & SPONSA, CHORVS.

Ecloga VIII.

CAP. VIII.

SPONSA. NOs illęsa ligent fraternis fædera vinclis
Lactanti presses maternas vbere mammas
Atq; foris mecum spirantia peruius vltrò
Ora petita feras nec eris delusus ab vllo.
Hinc te rapta domus matris per limina sumam
Meq; docebis ibi feruentia nectare misto
Pocula confundam atq; halanti punica succo
Mala, mihiq; manus insertes mollibus vlnis
Dextra latus cinget capitiq; sinistra recumbet.
SPONSVS. Vos precor ô Solymæ, vos deprecor ipse puellæ
Irriguis faciles oculis ne pellite somnos
Dumq; velint ipsi nusquam turbentur amores.
CHO. Quæ Dea se tollit deserto innixa sodali
Et petit Æthereas sinuatis tractibus auras?
SPONSA. Arbore funerea præcordia saucia languent
Tu conceptus ibi dias in luminis oras
Te dedit & genitrix, signes præcordia flammis
Atq; reuincta tuis componas signa lacertis
Liuida lethiferę tunduntur mortis amore

Spicula, nec cæcis interiacet obrutus vmbris
At pia flammiferis ardescunt pectora curis
Flumina non poterunt rapidis non æstibus vndæ
Mergere munificum saturi nec diuitis aurum
Aut violare faces poterit vel vincere tædas
Parua soror nobis, sunt vbera parua sorori
Quid nos cum fuerit captanda parabimus illi?
Si fuerit murus fastigia culmine summo — SPONSVS.
Flentur in argentum scenis decorata superbis
Ianua sin fuerit, texatur ianua cedro.
Murus ego teretes niuea mammæque tumescunt — SPONSA.
Arce, loquuta fatebor enim decet illa fateri.
Tum pax enituit tum fulsit gratia pace
Et mihi pacifero riserunt lumina visu.
Lenta Beelhemon Salomi fuit insita vitis
Ipsaq; concessa est custodibus illius vber
Argentiq; decem nummis stat mille solutis
Nunc ea nostra meę respondet vinea curæ
Mille tibi Salomon dentur seruantibus vuas
Bis centum gemini recubans tu pignus in hortis
Da mihi da socijs tu da cantusq; per auras
Fœdus tolle pedes proli similisq; capellæ
Tolle moras & odoriferis rue montibus, instar
Alipedis damæ, ceruaq; citacior ipse,
Iam leuibus libes surgentia gramina plantis.

FINIS.

IN SACROSANCTA OGERII BELLEHACHII NORMANNI BVCOLICA, CARMEN

Εγκω̃μιαςικον.

OGerius claros veniens Normannus ad Anglos
　Raptus honore Dei, captus amore loci:
Æterna assidui liquit monimenta laboris,
　Quæ studeat serus, quæ stupeatq; nepos.
Vana igitur stolidi spernens deliria vulgi,
　Queis nimis insudat turba fucata virûm:
Pura sacrosancti pandens mysteria verbi
　Ter tribus elogijs dulce poema dedit.
Castaq; dilectæ cecinit sponsalia sponsæ,
　Qua nihil in mundo mundius esse potest.
Turgida Galgalijs nunc cedat Roma poetis,
　Est sacra Bucolicis Egloga scripta modis.
Ogerius bellis dedit hæc Bellachius Anglis,
　Cuius in æternum fama perennis erit.

Gulielmus Boston:

Cantabrigiensis.

SCHEDIASMATA

HADR. DAMMANIS A BISTERVELD GANDAVENSIS,

I. DE NVPTIIS

SERENISSIMI POTENTISSIMIQVE SCOT. REGIS IACOBI VI.

ET SERENISSIMAE VIRGINIS ANNAE FRIDERICI II. DANIAE,

NORDVEGIAE ET C.

REGIS F.

II. De Tempestate, quæ sponsam Regiam nauigantem repulit.
III. In Atheos Elegia.
IV. In Regis Nauigationem Danicam Emblema.
V. De Coronatione Reginæ Scotorum ANNAE.
VI. De Introitu eius in primariam Regni vrbem Edinburgum.



EDINBVRGI
EXCVDEBAT ROBERTVS *Walde-graue* AN. DOM. 1590.
Cum priuilegio Regali.